a sapientibus et prudentibus
et reuelasti ea paruulis. Ita pater
quoniam sic fuit placitum ante te.
Omnia michi tradita sunt
a patre meo. Et nemo nouit
filium nisi pater. neque patrem quis
nouit nisi filius. et cui uo
luerit filius reuelare. Venite
ad me omnes qui laboratis et
onerati estis. et ego reficiam
uos. Tollite iugum meum super
uos et discite a me quia mi
tis sum et humilis corde. et in
uenietis requiem animabus uestris.
Iugum enim meum suaue est et
onus meum leue. Secreta. Hosti
as tibi domine placationis et lau
dis offerimus. ut et delicta
nostra miseratus absoluas
et nutantia corda tu dirigas.
Postcommunio. Quos sumpsit deus ut
illius salutaris capiamus
effectum. cuius per hec mysteria
pignus accepimus. Per. Feria
iiii. Ad Corinthios
Fratres. Videte uocatio
nem uestram quia non multi
sapientes secundum carnem. non
multi potentes. non multi
nobiles. sed que stulta sunt
huius mundi elegit deus. ut con
fundat sapientes. et infir
ma mundi elegit deus ut con

fundat fortia. Et ignobilia
mundi et contemptibilia elegit
deus. et que non sunt. ut ea que
sunt destrueret. ut non glorietur
omnis caro coram illo. Ex ip
so autem uos estis in christo ihesu
qui factus est nobis sapientia
a deo et iustitia et sanctificatio
et redemptio. ut quemadmodum
scriptum est. Qui gloriatur in domino
In illo tempore. Marcum. glorietur
Offerebant ihesu paruulos ut
tangeret illos. Discipuli autem
comminabantur offerentibus. Quos
cum uideret ihesus. indigne
tulit et ait illis. Sinite paru
los uenire ad me. et ne pro
hibueritis eos. Talium est enim
regnum celorum. Amen dico uobis
quisquis non receperit regnum
dei uelud paruulus. non intra
bit in illud. Et complexans
eos. et imponens manus super
illos benedicebat eos. Feria v. Ad
Fratres. De Thessalonicenses
caritate fraternitatis
non necesse habemus scribere uobis.
Ipsi enim uos a deo didicistis
ut diligatis inuicem. etenim
facitis illud in omnes fratres
in uniuersa macedonia. Rogamus
autem uos ut habundetis ma
gis et operam detis ut quieti sitis